

I I I I.

99

merus est occisus. Caesar postero die T. Labienum legatum cum his legionibus, quas ex Britannia reducerat, in Morinos, & quod rebellionem fecerant, misit. Qui cum qui. propter siccitates paludum, quò se reciperent, non haberent, quo per fugio superiore anno fuerant usi, omnes ferè in potestatem Labieni uenerunt. At Q. Titurius & L. Cotta legati, qui in Menapiorum fines legiones duxerant, omnibus eorum agris uastatis, frumentis succisis, ædificijsq; incensis, quòd Menapij omnes se in densissimas sylvas abdiderant, ad Cæsarem se receperunt. Cæsar in Belgis omnium legionum hyberna constituit. Eò duæ omnino ciuitates ex Britannia obsides miserunt. Reliquæ neglexerunt. His rebus gestis, ex literis Cæsaris dierum XX. supplicatio à senatu decreta est.

Uel. infr. Glaream annotationes pag. 52. — 72.

C. IULII CAESARIS COMMENTARIORVM DE BELLO GAL-
lico liber quintus.



VCIO Domitio, Appio Claudio consulis, discedens ab hybernis Caesar in Italiam, ut quotannis facere consueuerat, legatis imperat, quos legionibus praefecerat, uti quæ plurimas possent hyeme naues ædificandas, veteresq; reficiendas curarent. Earum modum, formamq; demonstrat. ad celeritatem onerandi, sub-

8

1. Cap.